dixit. Quod et sapientissimo cuidam nuper
apud grecos accidit ut interdum scripture
sensum relinquens unicuilibet interpretis
sequatur errorem. Nos autem qui hebree lingue
saltem parvam habemus scientiam. et latinus nobis
utcumque sermo non deest. et de aliis magis pos-
sumus iudicare. et ea que ipsi intelligimus
in nostra lingua exprimere. Itaque licet excetra
sibilet. victorque sinon incendia iactet. numquam
me meum iuvante christo silebit eloquium.
et iam precisa lingua balbutiet. Legant qui vo-
lunt. abiciant qui nolunt. eventilent apices. litteras calum-
pnientur. Magis vestra caritate provoca-
bor ad studium. quam illorum detractione et odio de-
terrebor. Explicit prologus. Incipit primus
liber esdre.

Al' primae

q nolunt

IN ANNO PRIMO CI-
ri regis persarum ut compleretur ver-
bum domini ex ore ieremie. suscita-
vit dominus spiritum cyri regis persarum. et tra-
duxit vocem in universo regno suo
etiam per scripturas dicens. Hec dicit cyrus
rex persarum. Omnia regna terre dedit
mihi dominus deus celi et terre. et ipse precepit mihi
ut edificarem ei domum in ierusalem
que est in iudea. Quis est in vobis de universo
populo eius? Sit deus illius cum ipso. A-
scendat in ierusalem que est in iudea
et edificet domum domini dei israel. ipse
est deus qui est in ierusalem. Et omnes reliqui
in cunctis locis qui est in ierusalem
ubicumque habitant. adiuvent eum viri
de loco suo in argento et auro et sub-
stantia. et pecoribus excepto quod
voluntarie offerunt templo dei quod est in
ierusalem. Et surrexerunt principes patrum
de iuda et beniamin. et sacerdotes et levite.
et omnis cuius suscitavit deus spiritum. ut ascenderent
ad edificandum templum domini quod erat in ierusalem.
Et universi qui erant in circuitu. adiuverunt
manus eorum in vasis argenteis et aureis in
substantia et iumentis et in supellectili exceptis
his que sponte obtulerant. Rex quoque cyrus
protulit vasa templi domini que tulerat nabuchodonosor de
ierusalem. et posuerat ea in templo dei sui. Protu-
lit autem ea cyrus rex persarum per manum mithrida-
tis filii gazabar. et adnumeravit ea sasaba-
sar principi iude. Et hic est numerus eorum. Fiale au-
ree .xxx. fiale argentee mille. Cultri
.xxix. Sciphi aurei .xxx. sciphi argentei
secundi .cccc.x. vasa alia mille. Omnia vasa
aurea et argentea .v. milia .cccc. Universa
tulit sasabasar cum his qui ascendebant
de transmigratione babylonis in ierusalem.

II

Hii sunt autem filii provincie qui ascenderunt
de captivitate quam transtulerat nabu-
chodonosor rex babylonis in babylonem
et reversi sunt in ierusalem et iudam. unusquisque
in civitatem suam. qui venerunt cum zorobabel
iesua. neemia. saraia rahelaia mardo-
chai. belsan mesphar. beguai. reum. baa-
na. Numerus virorum populi israel. Filii phares.
duo milia .c.lxx.duo. Filii sephetia. trecen-
ti .lxx.ii. Filii areahi. septingenti .lxxv. Filii
gesephatia .lxxii. Filii area. septingenti .lx
.c.v. Filii phetmoab filiorum iosue et ioab .ii.
milia octingenti. duodecim. Filii helam
mille ducenti .l.iiii. Filii zechua. nongenti
.xlv. Filii zechai. septingenti .lx. Filii bani
sexcenti .xlii. Filii bebai. sexcenti .xxiii. Filii
azgad. mille ducenti .xxii. Filii adonicam
sexcenti .lxvi. Filii beguai. duo milia .l.vi.
Filii adin. quadringenti .l.iiii. Filii ather
qui erant ex ezechia. nonaginta octo. Fi-
lii besai. trecenti .xxiii. Filii iora .c.xii. Filii
asom. ducenti .xxiii. Filii gebbar .xcv. Filii
bethleem. centum .xxiii. Viri nephthe .l.
vi. Viri anathoth .c.xxviii. Filii azmave-
th .xlii. Filii cariathiarim. cephira. et ber-
roth. septingenti .xliii. Filii rama et ga-
ba. sexcenti .xxi. Viri magmas .c.xxii. Viri
bethel et gai .cc.xxiii. Filii nebo .l.ii. Filii
megbis .c.l.vi. Filii helam alterius. mille .cc.
l.iiii. Filii arim .ccc.xx. Filii lodadim et
ono. septingenti .xxv. Filii iericho .ccc.
xlv. Filii senaa. tria milia. sexcenti .xxx.
Sacerdotes. Filii idaia in domo iesue. non-
genti .lxxiii. Filii phesur. mille .cc.xl.vii. Fi-
lii arim. mille .xvii. Levite. filii iosue et
cedmihel filiorum odovie .lxxiiii. Cantores
filii asaph .c.xxviii. Filii ianitorum. filii sel-
lum. filii ater. filii thelmon. filii accub.
filii atita. filii sobal. filii sobai. universi
.c.xxxix. Nathinnei. filii osai. filii asup-
ha. filii tebbaoth. filii ceros. filii si-saa. fi-
lii phadon. filii lebana. filii agaba. filii

Al' .xx.v.

filii emmer .m.l.ii.